

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

A minimis quoque timendum. Emblema CLXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

A minimis quoque timendum.
EMBLEMA CLXIX.



BELLA gerit scarabeus, & hostem pronocat ultro,
Robore & inferior, consilio superat.
Nam plumis aquila clam se neque cognitus abdit,
Hostilem ut nidum summa per astra petat.
Ouaq; confodiens, prohibet spem crescere prolis:
Hocq; modo illatum dedecus ultus abit.

COMMENTARI I.

AQVILÆ auium reginæ hic sese
audacter opponit scarabeus, insecti
genus volatile, multi pes, cornibus longis
& ferratis præditum, quæ dentata biful-
cis forcipibus in cacumine, quum liber,
ad moisū coeunt. Sed nemini ignotus po-
test esse scarabeus, ut qui passim sic ob-
uius, nisi alicubi nulla omnino sunt ster-
cora.

SVMPTVM est Emblemata ex Oro II,
Apolline lib. 1. Hieroglyph. Aut potius ex *Fons Em-
apologo Ælopi*, qui petitus apparet *ex blematis*,
perpetua cōtrouerſia, quæ natura vi qua-
dam intercedit inter Aquilam auū prin-
cipem, & scarabæum vilissimum insecti
genus. Ille. n. ut illatā sibi ab aquila iniu-
riam vindicet, cū se viribus haud quaquā
parem esse norit, confugit ad dolos: clam

Y y 3 cum

enim se in plumis Aquilæ recondit, vt tandem modo ad nidum aquilinum perueniat, caq; postmodum absente oua eius omnia confodiat. Cuius fabulæ apud Aristophan. mentio est, sic enim :

Ἐν τοῖσιν αἰσῶ το λόγοις ἐξ ηνυ: ἰδιῶ
μῶνος πετεινῶν εἰς θεὸς ἀειγμῖνος.
ἀπίσον εἴπας μύθων, ὃ πάτερ, πάτερ,
ὅπως ἀκόσμον ζῶον ἦλθεν εἰς θεούς.
ἦλθε κατ' ἐχθρῶν αἰσῶ πάλαι πύθε,
ὃ ἰκκυλίνδα, κ' ἀντιτιμωρέ μενος,
hoc est :

In fabulis id est reperiuntur Aescopis,
Adiisse Diuos unicum ex volucribus:
Hand credibile ais fabulâ pater, pater,
Adiisse Diuos animal obscæuum atq;
olens.

Peruenit olim, inquam, ob similitudinem
asperam,

Qua illi fuit cū aquila, oua voluens illius,
Et expetens pœnas ab hoste mutuas.

Vide omnino adagium. Scarabæus aquilâ
quarit. vbi vires suas pulcherrimè exten-
dit autor, & hunc apologum lōga narra-
tione amplificat.

III.
Scarabæus qua
le ani-
mal, &
qua eius
species
sint.

BELLA gerit scarabæus] cum hoste a-
quila. Scarabæus est animal ex infima infe-
ctorum gente, aspectu retinum, odore ec-
trius, sonitu tereterrimū; alis crustacea va-
gina obiectis, quin magis totus ipse scara-
bæus nihil est nisi crustum. Nascitur ex
animantium stercoreibus, in iisdem viuit,
versatur, oblectatur, deliciatur. Sed non
est eadem omnium species. Etenim sunt,
quibus nigro quodam virore luceat cru-
sta. Pleriq; tetro nigrore horrent: vt qui
locum proverbio fecerunt, Scarabæo ni-
grior. Ital. Nero com' in calabrone. Sunt
nonnulli grandiores, prælongis, ac biful-
cis armati cornibus, cacumine forcipibus
dentato, ea cum visum est ad morsū con-
trahunt stringuntq; Sunt item rutili, &
iisdem pregrandes, qui terram aridam fo-
diunt, atq; illic midos ponunt. Sunt qui
metuendo bombo, formidabiliq; str-
pitu prouolent, vt imprudentem non medio-
criter terrent. Sunt & alia formatum
discrimina, de quibus Plinius lib. 11. cap.
28. Verūm id cōmune omnibus, è stereo-
re ortus, è stercore vtutus, in stercore vita,
deliciumq;

Hofualem vt nidum] nidum aquilæ sibi
aduertæ.

Summa per asfra.] Per acta summum.

Aquilam in editissimis & inaccessis locis
nidificare, testis est Plinius, & alij nonnulli.

Spem crescere prolis.] Spem crescendæ
prolis. Infinitum pro gerundiuo, locutio
Græca.

Dedecus.] Iniuriam & damnum.

HOC quidem admonemur, hostem,

quamuis inimicæ fortunæ, non esse cō-
nemendum, nec quemquam vel omnium mi-
nimū & contemptissimū esse prouo-
candum, siquidē, vt in Mimis Publius ait:

Inimicū quāuis humilē, doctū est metuere.

Etenim, vt ait Pindarus Isthm. 4.

ἔσι δ' ἀφάνεα τὸ γὰρ

καὶ μαρναμῖνων.

πρὶν τίλος ἀκροῖ κέρδα.

τῶν δὲ γὰρ δ' ἴ τίλος,

καὶ κέρσων ἀνθρώπων χερσῶν

ἔσφαλλε, τίχνη κατὰ μάρτυρασε. i.

Est tamen incertitudo fortunæ vel homi-
num strenuè pugnantium, donec ad sum-
mum finem perueniant: his enim qualem-
cumq; vult finem dat fortuna: & meliora
interdum deterioribus hominibus premun-
tur ac supplantantur. Certè Magnus Ale-
xander, quamquam potentissimus, dexte-
ritatem Ptolemæi suspectam habuit, Ari-
rii turbulentiam, & Pythonis nouarum
rerum studium reformidabat, auctōr Ac-
hælianus sub finem 14. Var. hist. Huc etiam
recidit, quod vulgus passim vsu pat: Ca-
uendum ab ijs, quibus nihil est, quod per-
dant. Ab ijs enim citius iniuriam & dan-
num acceperis, quàm ab alijs, quibus ali-
quid est in locuis. Timet enim vt pluri-
mum aliquem prouocare, ne quid vel fa-
mæ vel fortunæ detrahat. Homunculi Descri-
ptio im-
probiorum
quorum-
dā tenui:
fortuna
hominū.

verò illi: fortis infima, sed doctis & fraude
instructissimi, improbi non minùs quàm
scarabæi, neq; minùs putidi, neq; abiecti
minùs pertinacis ingenij malicia quadā,
dā tenui:
fortuna
hominū.

cūm nemini ferre prodelle queant, ma-
gnis tamē vitis sæpenumero facti vt ne-
gotium. Nam terrent nigrore (quæ vna
improbi animi nota) obstreperunt utidore
(qui nemini non moistus est) fetore suo
commaculant obuios quosq; circumuo-
litant, hærent, insidiantur, vt nō pa. In sa-
tius sit cum præstat. tibus aliquando vitis
simultatem suscipere, quàm hos lacessere
turpissimos scarabæos, quos pudeat etiam
vicisse (quæ enim videtur tam pendendæ
molestaque spes? quod præmium? quis
finis?) quosque nec excutere possis, cūm
maxi-

Minima
etiam no-
cere pos-
sunt.

maximè velis, neque consistari cum illis queas, nisi discedas cōraminator. Peculiariter autem hic notandum, quàm saepe minima quæq; maximum hocumētum hostibus inferant: ita vt rectissimè veteri dicatur adagio: ἔχει καὶ ἡ μύτα σπλήνα, ἔχει καὶ μύρον καὶ γόλον. Et musca plene habet, & formica-bilem. Vnde apud Plutarchū illud Brasidæ fortissimè ducis Lacedæmoniorum memoratur, quem cū ficus legentem sorex momordisset: O bone Iupiter, inquit, nullum est tam minutum animal, quod sui defendendi, aut periculum vitandi, cū sit opus, occasiones non perquirat. Huc etiam respexit P. Minus in suis sententijs, vbi dicit: Etiam capillus vnus habet umbram suam. Nihil enim tam minutum, quod non possit aliquid. Hinc legimus in fragmentis Varro-

nis, cuius etiam Plinius lib 8. c. 29. mentionem facit: à cuniculis suffosum esse in Hispania oppidum, à talpis in Thesalia, à ranis ciuitatem in Gallia pulsam, à locustis in Africa, ex Gyaro Cycladum insula incolæ à muribus fugatos, in Italia Amyclas à serpētibus deletas. Sic Sapores Rex Persarum ab obsidione Nisibis vrbs, quā nonnulli Antiochiam Mygdoniæ vocant, crabronum & culicum multitudine repulsus est. Quod inopinatum auxilium precibus Iacobi Episcopi attributum est. Voluit autem Deus non fulmine sed per exiguas bestiolas suam potentiam & præsentiam in Ecclesia declarare; sicut in Ægypto muscas & ranas, aliq; insecta, non viros aut leones Pharaoni & feruis eius olim immisit, vt rebus vilissimis tyrannica superbia domaretur.

Obnoxia infirmitas.

EMBLEMA CLXX.



Yy 4 PISCE